

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

dotum per totam fere Austriam etiam a religione defecit haeticamque doctrinam primus Weyrensibus ingeneravit, vir alias apud Weyrensenses, nisi quod pugnis et concertationibus nimium delectaretur, gratissimus et ob religionem introductam amantissimus. Hunc quidem de parochia non amovit, saepius tamen eidem minatus est, nisi respiscere velit, se de vinculis et carceribus cogitare, donec respiscere addiscat. Is se pro posse excuravit et se nonnihil applicavit, imo quasi disciplinae monasticae se amantem simulavit, modo senium id non praepediverit. Adeo certe in illum aliquoties invecus est, ut quisquis haec audiens de senicula illa vulpecula quasi indoluerit, qui nihil aliud quam promptam obedientiam sponderit. Erga quem tamen Rmo. pro tempore patientiam habendam esse ratus est et illum sic reliquit praefixo tamen aliquo termino respicientiae et conversionis. Sed inveteratus dierum in sua haeresi perstitit in eaque mortuus est. Idem *Prenner* alium quoque verum catholicum sacerdotem quoque habuit, sed pariter apostatam, qui in Weyr pro necessitate civium morabatur (ipse enim *Petrus* continue in *Gafrenz* vixit), qui tandem mortuo *Prennero* a Rmo. etiam abire iussus est. Quae res Weyrensenses plurimum commovit nihil aliud metuentes quam catholici parochi introductionem, quod etiam brevi consecutum est. Statim enim a morte huius *Petri* ex suo monasterio *Gafrenzibus* D. Fr. *Sebastianum Ertelium* professum, sacerdotem ad tempus pro vicario dedit, qui infantes catholico ritu et more baptizaret matrimoniaque in ecclesia coram populo copularet et confirmaret aliaque similia perageret, a quibus haeretici non multum abhorrebant. Qui quidem suo munere fideliter functus est, ut hoc de illo hic referam, neque Weyrensenses ausi sunt alium, praesertim haeticum, parochum amplius a Rmo. petere.

Postmodum vero dum animadvertit ipsos Weyrensenses aliquantum quietiores et sui *Petri* quasi oblitos, illis verum ordinariumque parochum nominavit deditque virum bonum et doctum olim *Viennae* Summi Pontificis alumnum nomine *Martinum Prailengasserum*, quem ibidem coram senatu Weyrensi a. circiter 1596 installavit cum severa iniunctione, ut sese saltem in parochialibus promptos et nullo modo contradicentes exhiberent. Paulo ante haec tempora ibidem illorum Poligrammataeus N. *Schwarz* mortuus fuerat; ideo illis a Rmo. novus Poligrammataeus catholicus, vir bonus et sincerus, nomine N. *Brandl*, datus est unico incommodo, scil. podagra et contractione manuum et pedum laborans. Iam ergo illorum duo catholici erant, sed erant duo praecipua membra. D. enim parochus ipsum Rmum. referebat et repraesentabat in spiritualibus, in politicis vero Poli-